ac earum prosequutores faciendo, ac praemissa omnia pro his singulis Vel
triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, Faratis Juris pro Terone Terr,
Conventioneq. delatijs quibusuis Juris remedijs et defensis non sub-
terfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Haec sua praesenti perso-
nali Recognitione, ad praemissa omnia mediante.

Ijdem similiter eis inscribunt. 20

Coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premyslien. Comparentes
personaliter Infideles Icko Pregior Senior Proconsul, Moszko
Berkowicz, Leibko Ickowicz, Aaron Moszkowicz, Brenias The-
odorowicz, Lazur Kiwa, Mendel Davidowicz, Jelen Kaftano-
wicz, Juda Męcinski, Icko Markowicz et Thobias Moyzeso-
wicz Syndicus, Seniores Iudaei Praemyslien. Sani mentibus et
Corporibus existentes, a Terris, Actibus, Juribus, Jurisdictionibusq. suis quibus
propijs, et competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitaneali Premyslien.
Jurisdictioni, quo ad actum modernum attinet, se cum Successoribus ac
bonis suis generis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq.
subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim et specialiter suo pro interesse recogn.
Quia ipsi suis, et aliorum Seniorum Iudaeorum Praemysliensium
totiusq. Communitatis ac Synagogae Iudaeorum Praemyslien.
quorum ratihabitionem faciunt, et se praesentibus in forma Juris quam
plenissima inscribunt nominibus, accepta et realiter numerata
Summa Septingentorum florenorum polon. ex Messalibus retentis
Per Illustrem et Admodum Rndum olim Stanislaum Stramke-
wicz Archidiaconum Praemyslien. Mosciscen. Praepositum conve-
nientibus collecta, de manibus Perillustris et Admodum Reverendi
Alberti Wlodek Canonici Praemyslien. Mosciscen. Praepositi
pro necessitatibus Zacristiae Ecclesiae Praepositalis Mosciscen.
utpote Sacris Vestibus, Vino, Cera, et alijs Similibus expensis

eiusdem Ecclesiae per praedictum Perillustrem et Admodum Rndum
olim Stanislaum Strampewicz Archidiaconum Premysliensis,
Mosciceniis Praepositum testamentaliter legata et destinata, de
qua lenta et realiter percepta, eundem Perillustrem et Admodum
Rndum Albertum Włodek Canonicum Premysliensis, Mosciceniis
Praepositum Quietant, emittunt, et liberum absolutumque faciunt
eandemque Summam Septingentorum floren. polon. in et super bonis
suis gentis omnibus, mobilibus et immobilibus, Summisque quibusvis pe
cuniarijs ubilibet locis apud quasvis personas habitis et habendis
nullis generis exceptis, atque in omnibus mercibus suis et suorum Successorum
praecipue vero et specialiter in lapideis, domibus, fornicibus suis
Suorumque Successorum, hic Premysliae in platea Iudaica sitis, ipsorumque
et [illegible] atque in Synagoga sua murata, alias na Bożnicy,
in eadem platea Iudaica Premysliensis consistentibus, tum et in omnibus
Institis modo quocunque sibi Recognitibus, ac toti Communitati Iudaicae
Praemysliensis convenientem, ac divisim servientes collocant, inscribunt
et assecurant, in vim tamen Reemptionis alias na Wyderkaff.
qua quidem Summa originali Septingentorum floren. polon. quo
libet Anno Censum annuum reemptionalem Quinquaginta
Sex floren. polon. per florenos Octo a quolibet Centum Compu
tando duabus temporum Rathis, primam quidem Viginti Octo
floren. polon. pro festo Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae,
Alteram itidem Viginti Octo floren. polon. pro festo Nativitatis
Christi Dni, in Anno currenti incidente, et sic consequenter
Annis, diebus et festis, sese continue et immediate sequentibus
realiter et in effectu parata pecunia, et non in aliquibus mercibus,
sine quibusvis diffugijs et procrastinationibus Iuris Appellationibus
earumque prosequutionibus ad manus Praepositi et Vitricorum Ecclesiae
Praepositalis Mosciceniis nunc et pro tempore exsistentis coniunctim
pro quolibet Rathis duabus suppositis, atque diebus festis supra
expressis

expressis annuatim realiter et in effectu, mediante manuali Quietatione Praepositi et Victricorum dictae Ecclesiae Praepositalis Mosciceńs pro tempore existenś, se, et suos Successores, ac Seniores omnes Iudaeorum Praemysliensis nunc et pro tempore exitum, bonorumque suorum haeredes et possessores, ac totam suam Communitatem Iudaeorum Premysliensis soluturos, et per suum Nuntium proprium remissuros inscribunt, submittunt, et obligant praesentibus: Idque sub Vadio Cuilibet Ratha correspondenti, et libera Mercium, rerumque ubiis locorum existentium, ac bonorum Mobilium, et immobilium, ipsiusque Synagogae apprehensione, obseratione, et obsigillatione, quam nullatenus Vi et potentia impedire et deobsigillare ac aperire, posse, ac personas a quo cumque submissas et subordinatas tenebuntur et erunt adstricti, ac se praesentibus obligant usque ad finalem et realem contentationem, pro aliqua Ratha census persolutionem, ratione census non persolutionis, pro Vadio ultra pignora recepta, ac bonorum apprehensione, forum sibi iidem Recognites, ac suis Successoribus, bonorumque suorum possessoribus, tam in Officio praesenti Castrensi Capitaneali Premysliensi, quam etiam coram Iudicio Consistoriali Praemysliensi, cui ultro ac benevole se, ac suos Successores, bonorumque suorum possessores, totamque Communitatem Iudaicam, nunc et pro tempore existentem Praemysliensi subijciunt et inscribunt assignando. Quod si autem praefati Recognites, totaque Communitas Iudaeorum Premysliensis, vel eorum Successores, ac bonorum ipsorum possessores, Summam praefatam Septingentorum florenorum polonicorum praefato Praeposito et Victricis Ecclesiae Praepositalis Mosciceńs nunc et pro tempore existentibus reddere, reponere, realiterque restituere, emundando bona sua, atque Synagogam praefatam Praemysliensis voluerint, tunc decem antea Septimanis de praefatae Summae repositione et persolutione, eundem Praepositum et Victricos Ecclesiae Praepositalis Mosciceńs pro tempore existentes, bina Vice avisare, semel ipsi perse, secundo per

duos Scabinos Premysliens., et utriusq[ue] auisationis Iamati Sca-
bini Relationem coram Actis Consistorialib[us], et Aduocatalib[us]
Premysliens. suo Sumptu faciant, tum Inscriptionis p[rae]sentis Ex-
tractum authenticum ex Actis Castrensib[us] Capitanealib[us] Premy-
sliens. ad Acta Consistorij Premysliens. per te Recognites, in p[er]sonis
suis eorum proprio Sumptu per oblatam porrigere, et coram
Actis ijsdem Consistorialib[us], quamprimum id fieri potest appro-
bare, se, et suos Success[o]res, bonorumq[ue] possessores p[rae]nominato Prae-
posito et Vitricus Ecclesiae Praepositalis Mosticens. nunc et
p[ro] tempore existentib[us] in et sup[er] bonis suis gentis omnib[us], Summisq[ue]
quibusuis pecuniis, ac Mercib[us] quibusuis, Domibusq[ue] et Synodis
suis inscribunt, submittunt et obligant. In quaeq[ue] bona
sua gentis omnia, atq[ue] Synagogam p[rae]fatam ijdem Recognoscens
p[rae]fato Praeposito et Vitricis Ecclesiae Praepositalis Mosticens. et eor[um]
Succedaneis nunc et p[ro] tempore existentib[us] Praepositis et Vitricis Eccles[iae]
p[rae]fatae iam ex nunc et de facto dant et concedunt realem Intromissionem
et actualem pacificamq[ue] possessionem p[er] Ministerialem quemcunq[ue] Competentem
et Nobiles duos die quacunq[ue] Volverint p[er]sonasq[ue] acceptand. Per ipsum
Praepositum et Vitricos Ecclesiae Praepositalis Mosticens. et eorum
Succedaneos p[ro] tempore existentes Praepositos et Vitricos Bona
sua gentis omnia, atq[ue] Synagogam cum omnib[us] eorum Utili-
tatibus et Usufructib[us], Competentiaq[ue] et p[ro]rogatiua quauis tenend.
habendi et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice Vtifruendi, ad
Usus suos, Suorumq[ue] Succedaneorum p[ro] tempore existentium quosuis
beneplacitos libere et effectualiter conuertendi p[rae]fatae Inscriptionis
suae Vigore. Debebuntq[ue] et tenebuntur iurati Recognites Infide-
les Seniores Judaei Premysliens., ac tota Communitas Judaeorum
Premysliens. qui se ac suos Success[o]res, et posteritatem in et sup[er]
bonis suis gentis omnib[us], et Summis quibusuis pecuniis, ubilibet

habitis et habendis, praefato Praeposito et Vitricis Ecclesiae Mosicensis
nunc et pro tempore existentibus inscribunt et obligant ipsos et eorum
Succedaneos pro tempore existentes a quavis impetitione iuridica
modo quovis in omni Iudicio et officio Regni exponenda, toties
quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, et intercedere, in
demnesque ipsos et eorum Succedaneos reddere, necnon hodierna
bona superius recensita ab omnibus in genere Iuribus et Inscri
ptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona cuiusvis personae
modo quocunque factis et recognitis, tum etiam a quibusvis
Citationibus super bona praefata importatis et importandis Luens
denique et perluens processibus Iuris quibusvis in quocunque pun-
cto et gradu Iuris dependentibus, et in quocunque Iudicio et officio
Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus perductis et
perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper
facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti
administrari in bonis praesenti Inscriptione oneratis, dumque Ministerialem
et Nobiles praefatos acceptabiliter non denegare, imo libere admittere
datamque et admissam tamquam, quam per alias quasvis Submissas
et Subordinatas personas modo quovis non impedire nec
adimere, aut quovis modo inviciari, ita ut hodierna eadem bona
praemissaque omnia praesenti Inscriptione onerata cum Usibus eorum Utilita
tibus et usufructibus competentiisque et praerogativis quaevis idem
Praepositus et Vitrici Ecclesiae Praepositalis Mosicensis
vel eorum Succedanei pro tempore existentes Praepositi et Vi
trici quiete et pacifice tenere et possidere queant. Illisque
uti frui possint Inscriptionis praesentis vigore. Idque sub alio simili
et secundo vadio summae originali correspondenti Septin
gentorum florenorum polonicalium per eosque suprascriptos Iudicialiter recognitos

Seniores, ac totam Synagogam Judaeorum Pradmijskensem, ipsorumque Successores, praefato Praeposito et Vitricis Ecclesiae Praepositalis Mosicensis vel eorum Succedaneis Praepositis et Vitricis pro tempore existentibus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto, quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum Succumbentio. pro quo quidem Vadio taliter ad solvendum Succumbito, ac re aliqua principali ex praemissis non completa nihilominus complenda, citati existentes mrati recognoscentes Infideles Judaei Seniores Pradmijskenses bonorum possessores, ac tota Judaica Communitas, et ipsorum posteri, ad instantiam mrati Praepositi et Vitricorum Ecclesiae praefatae Mosicensis et ipsorum Succedaneorum pro tempore existentium, ad officium praesens Castrense Capitaneale sive Consistoriale Pradmijskense, extunc recessu Juris, quoad rem dum spectat modo re semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium vel Vadia praefata luere, Insecuti praesentis satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem onera inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde subsequentes causae eiusque Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate, proprio maiori minorennitate Successorum, ad Munimenta, ad Evictorem, de alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra proximos Officiorum praefatorum Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Mores Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalijs Juris, praeterea Termini, Conventionesque de et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subter-

fugiendo, nec modo quovis evadendo. Atque praesenti perso
nali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho ipso die Festi Conuersionis Sancti Pauli Apostoli. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 25/I

Cieplinski et Laskowski Rbnt 21

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosi Stanislaus Alexander de Cieplice Cieplinski suo, et Generosae [illegible] de Andrzejow Conthoralis suae legitimae, ab una, et Joannes Laskowski, suo et Generosae Dorotheae de [illegible], itidem Conthoralis suae legitimae, parte ab altera, pro quarum ratihabitione cavent, ac se praesentibus inscribunt nominibus. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Dextris, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo praeinteresse recognovit, Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri, ac posteris utriusque partis se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam interesse Recognitionis, et eadem Conthorales suas ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectam et conservam, manibus sui Recognitium propriis ab utrinque subscriptam: in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus